BIBLIA. ISIDORUS HISPALENSIS. EUCHERIUS LUGDUNENSIS
Admont, 12. Jh. Seite 127v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



abrahe. creuit populus. & multiplicatus est in
egypto. quo adusque surrexit rex alius in egyp
to qui nesciebat ioseph. Hic circum ueniens ge
nus nrm afflixit patres nros ut exponerent infan
tes suos neuiuificarent. Eodem autem tempore
natus est moyses. et fuit gratus deo. qui nutritus est
tribus mensib; in domo patris sui. Exposito autem
illo in flumine sustulit eum filia pharaonis. et enutriuit
eum sibi in filium. Et eruditus est moyses omni sapi
entia egyptiorum. et erat potens in uerbis et in o
perib; suis. Cum autem impleretur ei quadraginta
annorum tempus. ascendit in cor eius. ut uisitaret
fratres suos. filios israel. et cum uidisset quendam in
iuriam patientem uindicauit illum. et fecit ultionem
ei qui iniuriam sustinebat percusso egyptio. Ex
istimabat autem intellegere fratres suos quo deus per manum
ipsius daret salutem illis. At illi non intellexerunt.
Sequenti uero die apparuit illis litigantibus.
et reconciliabat eos in pace dicens. Viri fratres estis.
ut quid nocetis alterutrum. qui autem iniuriam
faciebat proximo suo reppulit eum dicens. Quis te co
stituit principem et iudicem super nos. numquid
interficere me tu uis quem admodum interfe
cisti heri egyptium. Fugit autem moyses in uerbo
isto. et factus est aduena in terra madian. ubi ge
nerauit duos filios. Et expletis annis xl. apparuit
illi in deserto montis sinai angelus in igne flam
me rubi. Moyses autem uidens admiratus est uisum.
& accedente illo ut consideraret. facta est uox
domini ad eum dicens. Ego sum deus patrum tuorum.
deus abraham. et deus ysaac. et deus iacob. treme
factus autem moyses. non audebat considerare.
Dixit autem illi dns. Solue calciamentum pedum tuorum.
locus enim autem in quo stas terra sancta est. Videns uidi